

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

CIII. In enarratione Testamenti Veteris respiciat ad complementum in Novo
Testamento; In enarratione verò Testamenti Novi revocet Auditorum animos ad
vaticinia ac typos Veteris Testamenti.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

Salomon nos mittat ad *formicam*, ut ab ea discamus industriam, & Dominus in Evangelio revocat discipulos suos ad exemplum *passerum, liliorum, grani sinapis* &c. In recensione autem circumstantiarum, non sit amplior aut prolixior sermo, quàm par est.

CIII.

In enarratione Testamenti Veteris respiciat ad complementum in Novo Testamento; In enarratione verò Testamenti Novi revocet Auditorum animos ad vaticinia ac typos Veteris Testamenti.

Ε' ἔκ' ἡν' ο'ς.

QUod in N. T. complerum, id in Veteri fuit prænunciatum & præfiguratum, & idèd Vetus Test. per Novum est explicandum, & Novum per Vetus confirmandum. Vetus ad Novum, tanquam finem suum respicit; *Finis enim Legis Christus*, Rom. X. 4. Gal. III. 24 *finis scil. perficiens, non interficiens*, exponente Augustino Lib. II. contra Adversar. Legis cap. 7. *Vetus Testamentum, juxta tritum Veterum piotum effatum, est Novi fundamentum, Novum*

Q93

verò

verò est Veteris complementum, In illo enim, quod Hieronymus habet lib. I. advers. Pelagium nos cap. 9. Tom. II. Oper. servi, in hoc presens Dominus loquitur. Ibi promittitur, hic impletur; ibi initia, hic perfectio est. In illo operum fundamenta jaciuntur, hic fides & gratia culmen imponitur. Novum est manifestatio Veteris, sicut Vetus quondam erat occultatio Novi, ex sententiâ Augustini cap. 4. libri de Catechizandis rudibus. Novum in veteri latet, vetus in Novo patet, inquit idem in Exod. quæst. 73. Novum est Veteris adimpletio, ait Lactantius Lib. IV. divin. Instit. cap. 20. In veteri novitas, atque in nova vetustas, ut cecinit Paulinus Nolanus Naq. X. Qui etiam epist. 33. ad Alithium Episc. per labia Dei Psalm. XVII. intelligit immortalium duo Testamenta verborum, quæ oris Divini labiis dicuntur, quæ & coherent sibi & uno Dei verbo aperiuntur. Evangelista & Apostoli nos ad V. T. deducunt in Novo in illo contemblemur figuras, in hoc corpus, in illo vaticinia, in hoc complementa, in illo fundamenti positione, in hoc positi explanationem. Uti duo Cherubim super arcâ Propitiatorii se mutuo contuebantur, alasq; jungabant; ita Veteris & Novi Testam. monumenta exacte congruunt, sine repugnantia

consentiunt, sine discrepantia eadem docent,
 & ad amissum sibi invicem respondent. Vetus
 est fons Novi, Novum est lumen Veteris. Qui
 apte hanc Testamentorum Harmoniam seu
 consensionem ostendit, *scriba ille doctus est in*
regno celorum, quicquid bonus pater familias ex
hibet auro suo non sine novis vetera, neque absque
veteribus nova, sed hac & illa de promere novit.
 Matth. XIII. 52. Mirificè animos fidelium affi-
 ciunt & confirmant Testimonia V. T. quibus
 quæ in Novo evenerunt, jam olim futura &
 eventura prædicta fuerunt. Eminent inter hæc
 suavissima promissio de *semine Mulieris, contri-*
turo caput serpentis Gen. III. 15. quæ in V. Fœdere
 sæpius repetita, figuris ac typis adumbrata, &
 Prophetarum oraculis illustrata est. V. T. Christi
 personam, naturas, officia, beneficia, actiones,
 perpassiones omnes ita describit, ut nihil actum
 ab eo, de eo, & per eum sit, *ultimis temporibus,*
quod præteritis seculis Patribus non fuerit præ-
nunciatum, hinc merito dicit Apostolus, *Chri-*
stum mortuum esse pro peccatis nostris secundum
Scripturas, sepulcrum fuisse & excitatum tertio
die, secundum Scripturas, & Corinth. XV. 3. 4.
 Quas autem Scripturas intelligat ille, non re-
 linquit in dubio, cum proficitur, *semibit dicere*
extra ea, quæ Propheta & Moses futura prædi-
xerant.

Actor. XXVI. 22. Sic & Petrus in die Pen-
tecostes, cum populus novo effusi Spiritus S.
spectaculo, perturbatus esset, ad Vet. Testam.
Scripturam Propheticam provocavit, atque ex
Propheta Joële, id quod modò evenerat, ita
jam olim prædictum fuisse demonstravit A-
ctor. II. 16. Imò Christus ipse doctrinam suam
subinde ex Mose, Psalmis & Prophetis proba-
vit. Vide Luc. XXIV. 27. Joh. VI. 46. &c. Hæc ex-
empla sequutus Ecclesiasticus Doctor studiosè
conferat Prophetica & Apostolica Oracula,
quomodo alia aliis respondeant, & hæc existis,
istia ex his invicem dependeant, piè & devotè
tattendat. Legitima enim & sine periculo est ex-
positio Scripturæ, secundum ipsas Scripturas, ut
Irenæus docet lib. IV. cap. 63. advers. hæres. Ut
sic unumquodq. eorum, quæ demonstrantur ex
Scripturis, rursus ex Scripturis confirmetur,
quod volebat Clemens Alexand. lib. VII. Strom.
Prius autem Evangelicorum & Aposto-
licorum Librorum sensum tradat Præ-
co fidei, quàm libros Propheticos eruat,
non solum felicioris doctrinæ causâ, sed
quia ex historia Evangelii facilis aditus
parebit ad ea, quæ de eodem Mundi Sal-
vatore, Christo cum venturo, nunc ple-
nè exhibito, Prophetæ dixerunt intelligenda.
CIV.